

761

P A T R I S T I C I

762

Neque de *Johanne* autore, nec de *Engelberto* certi quid dicere habeo.

X. fol. ult. *Epytaphium magistri Anselmi*. Adde *Laudunensis*. Hujus enim Sepulcrum *Lauduni*

*Conditur hoc tumulo celeberrimus ille magister Anselmus &c.*

Integrum etiam legitur in *not. Andr. Quercetani ad Hist. Calamit. Petri Abaelardi* p. 1163. et in edit. *Opp. Hildeberti Cenom.* supracit. col. 1321. ubi pro *Anselmo* habes perperam *Ansellum*, quem *Beaugendreus* Cantorem S. Sepulcri *Parisiis* fuisse hariolatur.

Adtexta est nota illa de B. V. Antiphona: *Salve Regina misericordie &c.* quam alii ad *Hermannum Contractum*, alii ad *Gregorium II.* ad S. *Bernardum*, ad *Petrum Compostellanum*, aut *Adhemarum Podiensem* Episcopos referunt, ut est apud *Celfiff. Gerbertum de Cantu et Mus. sacra* T. II. p. 37.

*Omnipotens omnem ueniens illuminet orbem. &c.*

*De Nativitate totidem:*

*Omnibus ornatus tribuat de virgine natus. &c.*

*Cotidiane XXXII.*

*Alma pii patris benedicat dextera natis. &c.*

*Euangelistarum IV.*

*Gaudia summa dei capiamus ab ore mathei. &c.*

a. 1117. ita in scriptum fuisse adferitur *Galliae Christ. T. IX. col. 560*. Sunt vero ibi Versus 10. quorum Codex tantum 4. primos exhibet:

CCXXXIV.

VIII C. 17.

Codex membraneus lat. Sec. 366 XIII. Folior. nunc 101. f. per duas columnas nitide scriptus, rubricisque enotatus, olim *Monachorum congregationis S. Justine alias Vnitatis pro Monasterio S. Justine de padua*, ut fol. 1. et 66. dicitur, continet: I. Excerpta ex *Augustini Libris de Civitate Dei, de Doctrina Christ. de Trinitate, contra Faustum Manich.* et pluribus aliis. Sequuntur

II. fol. 18. p. 2. *Benedictiones* pro horis Canonicis singulis *Hexametris* redditae. Sunt vero de *Aduentu XII.*

*Sandæ marie III.*

*Audiat aure pia nos semper uirgo maria. &c.*

III. fol. 19. Series *Sermonum LXXIX.* brevium et sententiarum de diversis materiis nullo paene ordine. Primum enim locum occupant *Sermones III. de dedicatione ecclesie.* Sequuntur *in Dom. I. et III. Advent. in Nativit. Domini, in Festis S. Steph. et S. Job. in Apparit. Domini, in Purif. S. Marie, in Capite Quadrag. Sermo de Decimis, in Synodo, ad Correctionem Sacerdotum &c.* Ultimi sunt: *In annuntiat. S. Marie, in Festiuit. S. Laurentii, in assumpt. S. Marie, in Festiuit. S. Nicolai.* Cum neque Autorem, neque, an ullibi typis extant, norim, initium *Serm. I.* adtexam. *Facta sunt encenia in ierosolimis &c. Hoc evangelium fratres commemorat perfidiam iudeorum. ut ab illa caueamus. et humilitatem domini. ut illam sequamur. Ait enim. Facta sunt encenia in ierosolimis. hoc est dedicatio templi antiquitus celebrata est hyerosolimis. et hyemps erat. Qualitate temporis qualitas animorum in iudeis designatur. Frigidi namque erant in amore domini. Exterius uidebantur festa celebrare. sed interius corda illorum labore et dolore plena erant propter inuidiam qua domino inuidebant &c. Fol. 30. insertus est *Traктatus de Antichristo*, qui etiam T. VI. p. 177. *Opp. Rabani* legitur. Fol. 64. *Sermo in natale omnium Sanctorum* incipit: *Hodie fratres ka-**

*rissimi festiuitatem omnium sanctorum celebramus. que primo a bonifacio papa constituta est &c.* Ita et *Beda* aliis tamen verbis *Sermonem* quendam in eodem Festo orsus est. Alibi *Noster Gregorium Magnum Sanctum* adpellat.

IV. fol. 66. p. 2. Brevis *Expositio Orationis Dominicae* tacito Autore, cuius initium: *Pater noster qui es in celis. Vnusquisque homo qui patrem clamat in celis. filius dei debet esse &c.* Subscripta est litera R.

V. fol. 67. absque inscriptione gravis *Exhortatio ad Sacerdotes*, quae incipit: *Audite uocem domini uestri patres karissimi et fratres. Estote inquit sancti. quia ego sanctus sum. Et in euangelio Estote perfecti sicut et pater uester perfectus est. Ad uos domini patres et fratres. ad uos sermo iste dirigitur. Vos enim estis qui a deo in opus sibi peculiare eligi meruistis &c.* Quatuor dein statuit, quae hominem maxime corrumpant: *Inuidiam, Superbiam, Avaritiam et Luxuriam*, atque singula peruadit. Ita ex. causa: *Subito uenit adolescens purpuratus assuetus commestationibus et ebrietatibus, stupris et adulteriis totus deditus. Confitetur carnis flagitium quod commisit. Sacerdos considerans hominem pleni marsupii diuitiis habundare culpam exaggerat, — Territus adolescens quid faciat*

faciat non habet. — Consulit marsupium si forte preces illius admitti ualeant — et sine mora exauditur marsupium. Gaudet ad uocem eius sacerdos. — Quid hoc? quem punis? quid peccauit marsupium quod exhauris &c. In fine aliquid deesse videtur; ultima enim sunt: *Plenus uenter facile de ieiuniis tractat.* Rursus subscripta litera R. Multum congruit *Sermo* hic cum quibusdam ejusdem argumenti *Petri Blesensis*, quin tamen in ejus Operibus inueniri.

VI. fol. 70. *Tractatus mythologicus* absque Autoris nomine, cujus *Praefatio* incipit: *Fabula est cuius libet rei fide narratio. dicitur autem fabula a fundo. fabularum uero alie delectationis tantum. alie exortationis. alie utriusque causa sunt fide. sed illud totum fabularum genus quod solas aurium profitetur delicias a philosophie tractatu semotum in nutricum cunas. i. puerilia poetarum rudimenta eliminatur &c.* Multum congruit *Praefatio* haec cum ea, quam *Fulgentii Planciadis Fabulis* praefixam in *Cod. Lovaniensi* teste *Revio* in *Historia Daventr.* p. 141. reperit *Jac. Faber Daventriens.* refertque *Th. Munckerus* in *Praef. ad Fulgentium* ante *Auctores Mythographos lat. Lugd. Bat. et Amst.* 1742. 4. concluditurque: *Nos autem penultime fabularum diuisionis illam specularandam speciem proposuimus, quam non iam fabulam sed fabulosam narrationem nominari descripsimus. huius tamen speciei non singulas sed quasdam celebriores utique secun-*

*dum ysidorum remigium fulgentium Martianum (Capellam) atque macrobium pro ingenioli nostri capacitate destinauimus aperire. Prius autem unde idolorum uanitas mentibus paganorum irrepsit per ystoriam quam refert fulgentius demonstrabimus.* Itaque et a *Diophanto Lacedemonum auctore* narrationem auspicatur, quae definit in *Vulcano et Minerva* iis ipsis verbis, quibus *Fulgentius L. II.* edit. cit. p. 690. utitur: *aut obliuioni. sicut de Cesare dictum est (Cic. Orat. pro Ligar.) qui obliuisci nichil amplius solet quam iniurias.* Unde mancum videtur *Opus*, cujus Autorem non deprehendi.

VII. fol. 94. *Incipit liber antiquitatis flauii iosephi Hystoriographi.* Initium: *In principio creauit deus celum et terram. Sed dum terra ad aspectum non ueniret &c.* Excerpta sunt juxta traductionem, quae ab aliis *Rufino Aquilej.* ab aliis *Epiphanio Scholastico*, ab aliis cuidam e *Cassiodori* amicis tribuitur, et cum *L. XVIII. cap. 9.* abrumpuntur, occurrente paullo ante finem celebri illo loco *de Christo.*

CCXXXV. VI. E. 27.

*Codex* membraneus lat. Sec. 315 X. Folior. nunc 45. f. probe scriptus, et, quantus restat, optime seruatus *Fragmenta III.* continet. I. est ex *Augustini Libro de diuersis Quaestionibus LXXXIII.* qui in *Edit. Maur. Paris. 1685.* legitur *T. VI. col. I.* Incipit a verbis